

**DIRECTORIUM
DE CELEBRATIONIBUS DOMINICALIBUS
ABSENTE PRESBYTERO
(1988)**

**DIREKTÁŘ
PRO SLAVENÍ NEDĚLE
ZA NEPŘÍTOMNOSTI KNĚZE
(pracovní překlad)**

Pozn: V roce 1988 vydala Kongregace pro bohoslužbu Direktář pro slavení neděle za nepřítomnosti kněze. Originální latinský text je zde uveden spolu s pracovním překladem do češtiny. Český překlad je upravenou verzí pracovního překladu pořízeného Arcibiskupstvím pražským – Pastoračním střediskem; nejedná se o oficiální schválený text. Teologii Dne Páně rozvíjí pozdější Apoštolský list papeže Jana Pavla II. z r. 1998. Schéma bohoslužby slova se svatým přijímáním upravuje kromě tohoto direktáře také liturgická kniha „Svaté přijímání a úcta eucharistie mimo mši“ (KNA 2001, editio typica 1973).

PROOEMIUM

1. Christi Ecclesia, a die Pentecostes, post descensum Spiritus Sancti, fideliter semper in unum convenit ad paschale Mysterium celebrandum die quae "Dominica" appellata est in memoriam resurrectionis Domini. In congregatione dominicali Ecclesia legit ea quae in omnibus Scripturis de Christo sunt¹ et Eucharistiam celebrat tamquam memoriale mortis et resurrectionis Domini, donec veniat.

2. Non semper tamen plena celebratio diei dominicae haberi potest. Multi enim fuerunt et sunt christifideles quibus „deficiente ministro sacro aliave gravi de causa, participatio eucharisticae celebrationis impossibilis evadit“.²

3. In nonnullis regionibus, post primam evangelizationem, episcopi catechistis commiserunt munus fideles die dominica congregandi et eorum orationem moderandi secundum formam piorum exercitiorum. Christiani, enim, ingenti numero aucti, dispersi inveniebantur in multis locis, interdum dissitis, ita ut sacerdos eos unaquaque dominica adire non posset.

4. Aliis in locis, propter persecutionem christiani nominis, vel propter alias severas limitationes libertati religiosae impositas, fidelibus omnino vetatur congregatio dominicalis. Et, sicut olim fuerunt christiani, qui usque ad martyrium congregationem diei dominicae servaverunt,³ sic etiam nunc sunt fideles qui die dominica convenire satagunt ad orandum, vel in familia, vel in parvis coetibus, etsi praesentia ministri sacri privati.

5. Ex alio capite, nostra aetate, in pluribus regionibus unaquaque paroecia iam non potest Eucharistiae celebratione frui quavis die dominica, quia pauciores facti sunt sacerdotes. Praeterea, propter adiuncta socialia et oeconomica, nonnullae paroeciae depopolatae sunt. Sic, multis presbyteris munus commissum est pluries Missam celebrandi die dominica in diversis ac dissitis ecclesiis. Haec vero praxis non semper opportuna videtur neque paroeciis proprio pastore carentibus, neque ipsis sacerdotibus.

ÚVOD

1. Kristova církev se již ode dne letnic, po sestoupení Ducha svatého, bez přestání scházela, aby slavila velikonoční tajemství v den nazývaný na památku Pánova zmrtvýchvstání „Dominica“ – den Páně. Při tomto nedělním shromáždění církev čte, co se v Písmu svatém vztahuje na Krista a slaví eucharistii na památku smrti a zmrtvýchvstání Páně, dokud on nepřijde.

2. Toto slavení neděle se však nemůže vždycky konat v plném rozsahu. Bylo mnoho věřících – a jsou dosud – „kteří se nemohou účastnit eucharistické oběti, poněvadž chybí kněz, anebo z jiné závažné příčiny“.

3. V různých oblastech biskupové po tzv. první evangelizaci svěřili katechetům úkol shromažďovat věřící v den Páně a řídit modlitbu ve formě pobožností. To proto, že počet křesťanů silně vzrostl, žili rozptýleni na mnoha místech, někdy i velmi vzdálených, takže k nim kněz nemohl každou neděli docházet.

4. Na jiných místech, kde jsou křesťané pronásledováni anebo kde je náboženská svoboda přísně omezována, je věřícím zcela zakázáno, aby se v neděli scházeli. Stejně jako kdysi byli někteří křesťané ochotni podstoupit i mučednickou smrt za účast na nedělním shromáždění, tak jsou i dnes věřící, kteří dělají všechno možné, aby se mohli v neděli shromáždit a modlit, buď v rodině, anebo v malých skupinkách bez přítomnosti kněze.

5. Je i jiný důvod. V současné době se v mnoha oblastech nemůže ve všech farnostech každou neděli slavit eucharistie, poněvadž je nedostatek kněží. Kromě toho se též dost farností ze sociálních a hospodářských příčin vylidnilo. Proto bylo mnoha kněžím uloženo sloužit více nedělních mší svatých v různých i vzdálených kostelech. Tato praxe však není vždy považována za vhodnou ani pro farnosti, které nemají vlastního kněze, ani pro samotné kněze.

1 Cf. Lc 24, 27.

2 C.I.C., can. 1248 § 2.

3 Cf. *Acta Martyrum Eytinae*, in D. RUIZ BUENO, *Actas de los Martires*, BAC 75 (Madrid 1951) 973.

6. Propterea in aliquibus Ecclesiis particularibus, in quibus supradictae condiciones iuveniuntur, episcopi necessarium aestimaverunt alias dominicales celebrationes, deficiente presbytero, constituere, ut meliore quo possit modo hebdomadaria haberetur christianorum congregatio, atque in tuto christiana diei dominicae traditio servaretur.

Haud raro autem, praesertim in terris missionum, ipsi fideles, de eminentia diei dominicae conscii, catechistis adiuvantibus necnon religiosis, sese congregant ad Dei verbum audiendum, ad orandum, et aliquando etiam ad sanctam communionem recipiendam.

7. Hisce omnibus bene perpensis, et ratione habita documentorum a Santa Sede editorum,⁴ Congregatio pro Cultu Divino, votis etiam Conferentiarum episcoporum annuens, opportunum censet elementa doctrinae de die dominica in mentem revocare necnon condiciones statuere, quibus in dioecesibus celebrationes huiusmodi sint legitimae et insuper quaedam definire lineamenta ad illas celebrationes recte peragendas.

Conferentiarum episcoporum erit, si casus ferat, normas ipsas pressius determinare easque diversorum populorum ingenio et variis adiunctis aptare, et de ipsis Apostolicam Sedem certiores facere.

Caput I DE DIE DOMINICA ET DE EIUS OBSERVANTIA

8. „Mysterium paschale Ecclesia, ex traditione apostolica quae originem ducit ab ipsa die resurrectionis Christi, octava quaque die celebrat, quae dies Domini seu dies dominica merito nuncupatur.“⁵

9. Testimonia congregationis christifidelium die, quae ut „dies dominica“, in Novo Testamento iam indicatur⁶ explicite apparent in primaevis documentis saeculi primi et secundi,⁷ inter quae eminent testimonium sancti Iustini; „Solis, ut dicitur die, omnium sive

6. Z tohoto důvodu biskupové v některých místních církvích, kde se vyskytují výše popsané okolnosti, uznali za nutné konat nedělní bohoslužby za nepřítomnosti kněze, aby se tak mohli křesťané co nejlépe shromážďovat a aby byla zajištěna křesťanská tradice svěcení neděle.

Hlavně v misijních oblastech není řídkým jevem, že sami věřící, kteří si uvědomují význam neděle, se scházejí za pomoci katechetů nebo řeholníků, aby slyšeli Boží slovo, společně se modlili a někdy též přistupovali ke sv. přijímání.

7. Po zvážení všech uvedených důvodů, s přihlédnutím k dokumentům Svatého Stolce a též aby vyšla vstříc přáním biskupských konferencí, pokládá Kongregace pro bohoslužbu za vhodné připomenout některé věroučné prvky o neděli a stanovit podmínky opravňující k takovému jejímu slavení v diecézích. Mimoto chce poskytnout některé pokyny pro jejich správné konání a průběh.

Bude záviset na biskupských konferencích, aby podle okolností tyto směrnice dále zpřesnily a přizpůsobily je mentalitě a situacím různých národů, o čemž pak podají zprávu Apoštolskému stolci.

Kapitola I. DEN PÁNĚ A JEHO ZACHOVÁVÁNÍ

8. „Podle apoštolské tradice, která má původ v samotném dni Kristova vzkříšení, slaví církev velikonoční tajemství vždy osmý den, který se právem nazývá den Páně neboli neděle.“

9. Svědectví o tom, že věřící se shromážďovali v tento den, který již Nový zákon nazývá dnem Páně, jsou výslovně obsažena v nejstarších dokladech z 1. a 2. století. Mezi nimi vyniká svědectví sv. Justina: „V den, který se nazývá dnem

4 SRC et Consilium, *Instructio Inter oecumenici*, (26 sept. 1964) n. 37, AAS 56 (1964) 884-885; C.I.C. can. 1248 § 2.

5 Conc. Vat. II, *Constitutio de Sacra Liturgia Sacrosanctum Concilium*, n. 106. Cf. *Ibid.*, Appendix. *Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani secundi de calendario recognoscendo Declaratio*.

6 Cf. *Ap 1*, 10. Cf. etiam *Io 20*, 19.26; *Act 20*, 7-12; *1 Cor 16*, 2; *Heb 10*, 24-25.

7 *Didaché 14*, 1; ed., F.X., FUNK, *Doctrina duodeam Apostolorum*, p. 42.

urbes sive agros incolentium in eundem locum fit conventus ...".⁸ Illa dies qua Christiani congregabantur, tamen, non congruebat cum diebus in calendario graeco et romano feriatis, ideoque, etiam concivibus manifestabat quoddam signum christiani nominis.

10. Pastores vero inde a primis saeculis numquam cessarunt a fidelibus monendis de necessitate in unum conveniendi die dominica „Nolite ergo vosmetipsos, cum sitis membra Christi, spargere ab Ecclesia, cum non coadunamini...; nolite ipsi vos neglegere nec alienare Salvatorem a membris suis nec scindere nec spargere corpus eius ...".⁹ Quod novissime Concilium Vaticanum II memoravit his verbis: „Hac enim die christifideles in unum convenire debent ut verbum Dei audientes et Eucharistiam participantes, memores sint passionis, resurrectionis et gloriae Domini Iesu, et gratias agant Deo qui eos regeneravit in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis“.¹⁰

11. Momentum celebrationis diei dominicae pro vita fidelium a sancto Ignatio Antiocheno definitur: „Non amplius sabbatum colentes (christiani), sed iuxta dominicam viventes, in qua et vita nostra exorta est per Ipsum (Christum) et mortem Ipsius.“¹¹ Sensus vero fidelium, tempore tam praeterito quam hodierno, diem dominicam tanto in honore habuit, ut etiam persecutionum tempore et in regionibus culturalium quae a fide christiana alienae aut isti oppositae sunt, diem Domini praeterire omnino non voluerint.

12. Elementa quae ad congregationem diei dominicae praecipue requiruntur haec sunt:

a) adunatio christifidelium in unum ad manifestandam Ecclesiam non sponte sed a Deo convocata, seu populum Dei organice exstructum, cui praeest sacerdos personam Christi Capitis gerens;

b) institutio de mysterio paschali per Scripturas quae leguntur et a sacerdote aut a diacono explicantur;

slunce, se všichni obyvatelé měst i venkova shromažďují na jednom místě.“ Onen den, v němž se křesťané shromažďovali, se neshodoval se svátečními dny řeckého a římského kalendáře a byl proto určitým znakem křesťanského vyznání i pro ostatní spoluobčany.

10. Již od prvních staletí duchovní pastýři vštěpovali věřícím, jak je důležité shromažďovat se v neděli: „Neoddělujte se od církve tím, že se neshromažďujete, vždyť jste údy Kristova těla ..., nebuďte nedbalí, nezba-vujte Spasitele jeho údů, nerozdělujte a netrhejte jeho tělo.“ A nedávný II. vatikánský koncil připomněl totéž následujícími slovy: „V ten den jsou věřící povinni shromáždit se, aby slyšeli Boží slovo a měli účast na eucharistii. Tak slaví památku utrpení, zmrtvýchvstání a slávy Pána Ježíše a vzdávají díky Bohu, který nám daroval nový život, takže máme skutečnou naději, když Ježíš Kristus už vstal z mrtvých.“

11. Na důležitost svěcení neděle pro život věřících upozorňuje i sv. Ignác z Antiochie: „Křesťané už neslaví sobotu, nýbrž žijí podle dne Páně, v němž jsme i my povstali k novému životu skrze Krista a jeho smrt.“ Křesťané, jak v minulosti, tak i v současné době, měli a mají neděli ve velké úctě do té míry, že ji nezanedbávají ani v dobách pronásledování, ani když žijí v kulturách vzdálených křesťanské anebo přímo nepřátelských vůči křesťanství.

12. Hlavní prvky vyžadované pro nedělní shromáždění věřících jsou tyto:

a) Věřící se shromažďují, aby projevovali, že církev není samovolným, nýbrž Bohem svolaným shromážděním, neboli že je organicky utvářeným Božím lidem, jemuž předsedá kněz v zastoupení Krista jako hlavy církve.

b) Poučení o velikonočním tajemství skrze Písma, která jsou čtena a knězem nebo jáhnem vykládána.

8 S. IUSTINUS, *Apologia* I, 67; PG 6, 430.

9 *Didascalia Apostolorum*, 2, 59, 1-3; ed., F.X., FUNK I, p. 170.

10 Conc. Vat. II. *Constitutio de Sacra Liturgia Sacrosanctum Concilium*, n. 106.

11 S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Ad Magnesios* 9, 1; ed., F.X., FUNK I, p. 199.

c) celebratio sacrificii eucharistici a sacerdote in persona Christi conficiendi et totius christiani populi nomine offerendi, quo paschale Mysterium repraesentatur.

13. Cura pastoralis ad hoc praecipue intendat ut quavis die dominica Missae sacrificium habeatur per quod solum vere perpetuatur Pascha Domini¹² et Ecclesia plene manifestatur. „Dies dominica est primordialis dies festus, qui pietati fidelium proponendus et inculcandus est (...) Aliae celebrationes, nisi revera sint maximi momenti, ipsi praeponi non debent, quippe quae sit fundamentum et nucleus totius anni liturgici“.¹³

14. Necessae est talia principia inculcare inde ab initio institutionis christianae, ut fideles praecepto de sanctificatione diei festi ex animo obtemperent, et rationem intellegant ob quam ad Eucharistiam celebrandam qualibet dominica ab Ecclesiae convocatione adunantur¹⁴ et non mere ex sua privata devotione. Sic fiet ut fideles diem dominicam experiantur ut signum transcendentiae Dei super opera hominis et non tantum ut diem quietis; sic etiam virtute congregationis dominicalis intimius percipient et foris ostendent se membra Ecclesiae esse.

15. Fideles oportet inveniant in congregationibus dominicalibus, sicut in vita communitatis christianae, tum actuosam participationem tum veram fraternitatem, atque opportunitatem seipsos sub ductu Spiritus spiritualiter reficiendi. Sic facilius quoque proteguntur a sectarum illecebris quae ipsis promittunt iuvamen contra solitudinis dolorem atque pleniorum adspirationum religiosarum adimplerem.

16. Tandem, actio pastoralis faveat „inceptis quae eo contendunt ut dies dominica etiam fiat dies laetitiae et vacationis ab opere“,¹⁵ et ita in hodierna societate omnibus appareat ut signum libertatis, et consequenter ut dies instituta in bonum ipsius personae humanae, quae sine dubio maioris momenti est quam

c) Slavení eucharistické oběti knězem zosobňujícím Krista a přinášejícím ji jménem všeho křesťanského lidu, kterou se zpřítomňuje velikonoční tajemství.

13. Pastýřská horlivost se má projevovat zejména tím, aby se mešní oběť slavila každou neděli, neboť jen skrze ni se zvětňuje velikonoční oběť Páně a jen skrze ni se církev plně projevuje. „Den Páně je prvotní sváteční den, který je třeba předkládat zbožnosti věřících a vštěpovat do jejich vědomí... Jiné slavnosti nemají mít před ním přednost, ledaže jsou skutečně nanejvýš významné, neboť den Páně je základ a jádro celého liturgického roku.“

14. Je nezbytné, aby tyto zásady byly vštěpovány již od počátku křesťanské výchovy, aby tak věřící vědomě a s radostí zachovávali přikázání o svetení svátečního dne a chápali důvod, proč je církev svolává, aby se každou neděli shromažďovali ke slavení eucharistie, a že to není jen pro uspokojení vlastní soukromé zbožnosti. Věřící se tímto způsobem sami přesvědčí, že neděle je znamením Boží transzendence nad lidskou prací a že není pouhým dnem odpočinku. Budou také moci hlouběji pochopit význam tohoto nedělního shromáždění a dokázat i navenek, že jsou členy církve.

15. Věřícím je třeba umožnit, aby mohli mít na těchto nedělních shromážděních aktivní účast, aby tu také nalézali opravdové bratrství a příležitost k duchovnímu posílení pod vedením a působením Ducha svatého. Tím budou rovněž účinněji chráněni před lákadly sekt, které slibují, že jim uleví v utrpení působením osamocení a že dokonaleji uspokojí jejich náboženské tužby.

16. I sama pastorační činnost má podporovat různé podněty, jejichž cílem je, aby „se neděle stala i dnem radosti a pracovního klidu“ a aby se tak v dnešní společnosti všem jevila jako symbol svobody v důsledku toho i jako den, který byl ustanoven k dobru samotné lidské osobnosti,

12 Cf. PAULUS VI, Allocutio ad quosdam episcopos Galliae sacra limina visitantes, 26 martii 1977, AAS 69 (1977) 465:

XXX« L'objectif doit demeurer la célébration du sacrifice de la Messe, seule vraie réalisation de la Paque du Seigneur ».

13 Conc. Vat. II, Constitutio de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 106.

14 Cf. SRC, Instructio *Eucharisticum Mysterium*, (25 maii 1967) n. 25. AAS 59 (1967) 555.

15 *Ibid.*, Conc. Vat. II, Constitutio de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 106.

negotia, et processus productionis.¹⁶

17. Verbum Dei, Eucharistia, et ministerium sacerdotale, dona sunt quae Dominus Ecclesiae Sponsae suae praesentat. Tamquam gratia Dei sunt accipienda, immo et petenda. Ecclesia, quae talibus donis maxime in congregatione dominicali gaudet, in eadem gratias Deo agit, in exspectatione perfectae fruitionis diei Domini „ante thronum Dei et in conspectu Agni“.¹⁷

Caput II
DE CONDICIONIBUS
AD CELEBRATIONES DOMINICALES
ABSENTE PRESBYTERO PERAGENDAS

18. Quando aliquibus in locis die dominica Missa celebrari nequit, perpendendum est primum num possint fideles sese transferre in ecclesiam cuiusdam loci propinquioris ad eucharisticum Mysterium ibi participandum. Quae solutio nostris diebus adhuc commendanda est, immo, quantum fieri potest, retinenda; hoc autem requirit ut fideles de pleniore sensu congregationis diei dominicae recte instructi, novis condicionibus bono animo se conforment.

19. Optandum est ut, etsi sine Missa, fidelibus die dominica diversis modis congregatis, divitiae sacrae Scripturae et Ecclesiae orationis large aperiantur; ne scilicet priventur lectionibus quae per anni circulum in Missa leguntur, neve precibus temporum liturgicorum.

20. Inter formas quae in liturgica traditione reperiuntur, quando Missa haberi nequit, celebratio verbi Dei valde commendatur,¹⁸ quae communionem eucharistica opportunam compleri potest. Ita, christifideles insimul nutriri possunt de Verbo et Corpore Christi. „Verbum enim Dei audientes, ipsi agnoscunt eius mirabilia, quae annuntiantur, fastigium in mysterio paschali attingere, cuius memoriale in Missa sacramentaliter celebratur, quodque per

quae má bezesporu větší cenu než obchodní záležitosti a výrobní procesy.

17. Boží slovo, eucharistie a kněžská služba jsou dary, které Pán dává církvi jako své nevěstě. Proto je třeba přijímat je jako Boží milost a také o ně prosit. Církev, která užívá tyto dary hlavně při nedělním shromáždění věřících, vzdává za to při bohoslužbě díky Pánu v očekávání, že bude dokonale slavít den Páně „před trůnem Boha a před Beránkem“.

Kapitola II.
PODMÍNKY
PRO SLAVENÍ NEDĚLE
ZA NEPŘÍTOMNOSTI KNĚZE

18. Není-li na některých místech možné slavít nedělní mši svatou, má se především uvážit, zda se věřící mohou odebrat do nejbližšího kostela, aby se tam zúčastnili eucharistické oběti. Takové řešení se doporučuje i v dnešní době, a pokud je to možné, má se udržovat v platnosti. To ovšem vyžaduje, aby byli věřící správně poučeni o plném významu tohoto nedělního shromáždění a aby se ochotně přizpůsobili nové situaci.

19. Je žádoucí, aby se věřícím, shromážděným v neděli k různým formám bohoslužby i bez mše svaté, štědře poskytovalo bohatství Písma svatého a modliteb užívaných v církvi, aby tak nezůstali zbaveni liturgických čtení, která se čtou během roku při mši svaté, ani modliteb typických pro jednotlivé liturgické doby.

20. Není-li možné slavít mši svatou, z různých forem liturgické tradice se doporučuje zejména bohoslužba slova, po níž může následovat svaté přijímání. Tímto způsobem věřící mohou být živeni pokrmem Kristova slova i Těla. „Naslouchání Božímu slovu dává věřícím pochopit, že podivuhodné Boží činy, které se takto zvěstují, dosahují vrcholu ve velikonočním tajemství, jehož památka se svátostným způsobem slaví ve

16 Cf. « Le sens du dimanche dans une société pluraliste. Réflexions pastorales de la Conférence des évêques du Canada » in *La Documentation Catholique* n. 1935 (1987) 273-276.

17 Ap 7, 9.

18 Cf. Conc. Vat. II, *Constitutio de Sacra Liturgia Sacrosanctum Concilium*, n. 35, 4.

communione participant".¹⁹ Insuper, quibusdam in adiunctis, apta unio haberi potest inter celebrationem diei Domini et celebrationes quorundam sacramentorum, et praesertim sacramentalium, secundum uniuscuiusque communitatis necessitates.

21. Necesse est ut a fidelibus clare percipiatur talium celebrationum indoles suppletiva, neque ipsae aestimari possunt quasi optima solutio novarum difficultatum vel concessio facta facilitati.²⁰ Conventus igitur seu congregatio huiusmodi, numquam haberi potest die dominica in locis in quibus eadem die Missa vel celebrata vel celebranda est, vel celebrata fuit vespere diei praecedentis, etsi lingua diversa; nec istam congregationem iterari convenit.

22. Sedulo vitetur quaelibet confusio inter huiusmodi conventus et celebrationem eucharisticam. Tales conventus non auferre, sed potius augere debent apud christifideles desiderium celebrationem eucharisticam participandi, eosque magis promptiores reddere ut eidem intersint.

23. Christifideles intellegant sacrificium eucharisticum sine sacerdote fieri non posse et communione eucharisticam, quam ipsi recipere possunt in talibus conventibus, intime connecti cum sacrificio Missae. Exinde fidelibus ostendi potest quam necesse sit orare „ut dispensatores mysteriorum Dei multiplicentur, et in eius amore iugiter perseverent“.²¹

24. Est episcopi dioecesani, consilio presbyterali audito, discernere num in sua dioecesi habendae sint regulariter dominicales convocationes sine Eucharistiae celebratione, atque de iis non tantum generales sed etiam particulares normas definire, ratione habitata locorum et personarum. Convocationes istius modi, ergo, ne instituantur nisi convocante episcopo et sub ministerio pastoralis parochiae.

25. „Nulla communitas Christiana aedificatur nisi radicem cardinemque habeat in

mši a na němž jim svaté přijímání dává účast.“ Kromě toho se za určitých okolností může slavení neděle vhodně spojit s udílením některých svátostí, a zejména svátostí, podle potřeb jednotlivých společenství věřících.

21. Je třeba, aby věřící jasně chápali, že toto slavení neděle má jen náhradní ráz, že je nelze považovat za nevhodnější řešení těžkostí, anebo za ústupek jejich pohodlí. Shromáždění tohoto druhu se nikdy nemají konat v neděli na místech, kde má být nebo byla sloužena mše svatá téhož dne nebo večer předešlého dne, třeba i v jiné řeči. Není vhodné, aby se takové shromáždění opakovalo.

22. Dále je nutno pečlivě se vyhýbat jakémukoliv směšování shromáždění tohoto druhu se slavením eucharistie. Tato shromáždění nemají věřícím brát touhu účastnit se slavení eucharistie; naopak ji mají zvětšovat a lépe je na ni připravovat.

23. Věřící mají chápat, že slavení eucharistické oběti není možné bez kněze a že svaté přijímání, které mohou přijmout při takovýchto shromážděních, je těsně spojeno s mešní obětí. Z toho se dá věřícím dokazovat, jak velice je nutno se modlit, „aby Pán rozmnožil počet rozdělovatelů svatých tajemství a učinil je vytrvalými služebníky své lásky“.

24. Záleží na diecézním biskupovi, aby po vyslechnutí mínění kněžské rady rozhodl, zda se mají v jeho diecézi pravidelně konat nedělní shromáždění bez slavení eucharistie a stanovit pro ně všeobecné i podrobnější směrnice, s přihlédnutím k místním a osobním poměrům. Tato shromáždění proto mohou být zavedena pouze se souhlasem biskupa a podřízena celku pastorační služby faráře.

25. „Nelze budovat křesťanskou obec, nemá-li kořen a osu ve slavení nejsvětější

¹⁹ *Rituale Romanum*, De Sacra Communione et de Cultu Mysterii eucharistici extra Missam, n. 26.

²⁰ Cf. PAULUS VI, Allocutio ad quosdam episcopos Galliae sacra limina visitantes, 26 martii 1977, AAS 69 (1977) 465: XXX« Avancez avec discernement, mais sans multiplier ce type de rassemblement, comme si c'était la meilleure solution et la dernière chance ».

²¹ *Missale Romanum*, Pro vocationibus ad sacros ordines, oratio super oblata.

sanctissimae Eucharistiae celebratione“.²² Ideo, antequam episcopus convocationes dominicales sine celebratione eucharistica faciendas decernat, examinentur, praeter statum paroeciarum (cf. n. 5), et possibilitas recurrendi ad presbyteros, etiam religiosos, curae animarum non directe addictos, et frequentia Missarum in diversis paroeciis et ecclesiis.²³ Primatus servetur celebrationis eucharisticae super alias pastorales actiones, praesertim die dominica.

26. Communitatem diocesanam, episcopus, per se vel per alium, opportuna catechesi monebit de causis hanc pro visionem suffragantibus, illius gravitatem ostendens et ad solidamen et cooperationem exhortans. Delegatum vel peculiarem commissionem designabit qui prospiciat ut celebrationes recte peragantur, eosque seliget qui illas promoveant itemque providebit ut ipsi apte instruantur. Eo tamen semper contendet ut, pluries per annum, iidem christifideles eucharisticam celebrationem participare possint.

27. Parochi autem est certiore facere episcopum de opportunitate tales celebrationes in sua ditione peragendi, christifideles ad eas praeparare, interea per hebdomadam eos visitare, tempore opportuno pro ipsis sacramenta celebrare, praesertim Paenitentiam. Ita talis communitas vere experiri poterit quomodo die dominica congregatur non „absque presbytero“ sed tantum „in eius absentia“, immo, „in eius expectatione“.

28. Quando Missa haberi nequeat curabit parochus ut sacra communio distribui possit. Providebit etiam ut Eucharistiae celebratio tempore debito in unaquaque communitate habeatur. Hostiae consecratae frequenter renoventur et loco tuto serventur.

29. Diaconi uti primi sacerdotum adiutores vocandi sunt ad tales conventus dominicales moderandos. Diacono enim, cum ad pascendum populum Dei eumque magis augendum ordinatus sit, competit orationem dirigere, Evangelium proclamare, homiliam facere, et Eucharistiam distribuere.²⁴

eucharistie.“ Proto také dříve než biskup rozhodne, aby se konala nedělní shromáždění bez slavení eucharistie, má jednak uvážit stav farností a zda není možné obrátit se na jiné kněze, třeba i řeholníky, kteří nejsou přímo určeni k pastorační službě, a konečně, zda se věřící nemohou zúčastnit mše sv. v jiných kostelech a farnostech. Slavení eucharistie má mít přednost před všemi jinými pastoračními akcemi, zejména v neděli.

26. Biskup buď osobně, nebo prostřednictvím jiných, poučí vhodnou katechezí diecézní společenství věřících o rozhodujících příčinách tohoto opatření, zdůrazní jeho závažnost a povzbudí všechny k spoluzodpovědnosti a spolupráci. Stanoví též svého delegáta nebo zvláštní komisi, která se postará o správný průběh tohoto slavení neděle. Zvolí ty, kdo je mají řídit, a postará se, aby byli o všem náležitě poučeni. I potom ale bude stále pečovat, aby se i tito věřící mohli častěji v roce zúčastnit slavení eucharistie.

27. Úkolem faráře je informovat biskupa o vhodnosti zavést tato shromáždění na území jeho pravomoci, připravovat na ně věřící a někdy je i během týdne navštívit; v patřičné době jim má též udělovat i jiné svátosti, zejména svátost smíření. Tak bude mít společenství věřících možnost zakoušet, že v neděli se neshromažďuje „bez kněze“, nýbrž jen „v jeho nepřítomnosti“ anebo ještě lépe „v jeho očekávání“.

28. Není-li možné slavit mši svatou, farář se postará, aby mohlo být rozdělováno svaté přijímání. Zajistí rovněž, aby se v určitý stanovený čas slavila eucharistie pro každé společenství věřících. Proměněné hostie se mají častěji obnovovat a mají být uloženy na spolehlivém místě.

29. K vedení těchto nedělních shromáždění mají být jako první spolupracovníci kněží povoláni jáhnové. Jáhnovi, posvěcenému k vedení Božího lidu a k péči o jeho růst, náleží řídit modlitby, hlásat evangelium, pronášet homilii a rozdělovat eucharistii.

22 Conc. Vat. II, Decretum de presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum ordinis*, n. 6.

23 SRC, *Instructio Eucharisticum Mysterium*, (25 maii 1967) n. 26. AAS 59 (1967) 555.

24 Cf. PAULUS VI, *Motu proprio Ad pascendum* (15 aug. 1972) n. 1, AAS 64 (1972) 534.

30. Tam presbytero quam diacono absentibus, designentur a parochia laici quibus committenda erit cura celebrationum, scilicet, moderatio orationis, ministerium verbi, et sanctae communionis distributio.

Ab eo eligantur in primis acolythi et lectores, ad servitium altaris et verbi Dei instituti. Deficientibus et istis, designari possunt alii laici, viri et mulieres, qui vi Baptismatis et Confirmationis, hoc munus exercere possunt.²⁵ Seligendi sunt attentis eorum qualitatibus vitae, quae Evangelio consonent, et attendatur etiam ut a fidelibus bene accipi possint. Designatio habitualiter erit ad tempus, et publice manifestanda est communitati; pro ipsis invocatio ad Deum fieri convenit in aliqua celebratione.²⁶

Curet parochus de apta et continua institutione horum laicorum, et cum ipsis dignas celebrationes praeparet (cf. Caput III).

31. Laici designati, munus sibi concreditum aestimabunt non tantum honorem esse quantum officium, et in primis servitium erga fratres, sub auctoritate parochi. Ipsorum enim munus non est proprium sed suppletivum, cum ipsum exercent „ubi necessitas Ecclesiae id suadeat, deficientibus ministris“.²⁷

„Solum et totum id agant quod ad officium illis commissum pertinet“.²⁸ Munere suo sincera pietate et ordine fungantur, prout decet ipsorum officium et populus Dei ab eis iure exigit.²⁹

32. Si die dominica celebratio verbi Dei cum distributione sacrae communionis haberi nequit, fidelibus valde commendatur ut orationi, „per debitum tempus, personaliter aut in familia vel pro opportunitate in familiarum coetibus vacent“.³⁰ In his casibus, etiam radiotelevisivae sacrarum actionum transmissiones iuvare possunt.

33. Prae oculis habeatur praesertim possibilitas celebrandi aliquam partem Liturgiae Horarum, ex.gr. Laudes matutinas vel Vesperas, in qua etiam lectiones dominicae currentis inseri possunt. Quando enim „fideles

30. Nejsou-li přítomni ani kněz ani jáhen, farář určí laiky, kterým bude svěřena péče o slavení neděle, tj. vedení modliteb, služba slova a rozdělování svatého přijímání.

Na prvním místě ať vybere akolyty a lektory, ustanovené ke službě oltáře a Božího slova. Jestliže chybějí i tito, farář může zvolit i jiné laiky, muže i ženy, kteří mohou vykonávat tento úkol z moci svého křtu a biřmování. Při jejich volbě se má brát zřetel na to, zda žijí v duchu evangelia a zda je mohou věřící dobře přijmout. Jejich určení má být obvykle na určitý čas a společenství věřících se oznámí veřejně. Mají se též za ně občas konat zvláštní modlitby.

Farář má rovněž pečovat o vhodnou a stálou výchovu těchto osob a připravovat s nimi důstojné slavení neděle (viz kapitola 3).

31. Takto určení laici nemají považovat sobě svěřený úřad za vyznamenání, nýbrž spíše za úkol a zejména za službu bratřím pod autoritou faráře. Tento úkol jim není vlastní, pouze v něm zastupují kněze; a vykonávají jej, „když to pro nedostatek kněží vyžaduje potřeba církve“.

„Mají konat vše a pouze to, co patří k jim svěřenému úkolu.“ Ten mají plnit s upřímnou zbožností tak, jak se na jejich službu patří a jak to od nich právem vyžaduje Boží lid.

32. Nemůže-li se v neděli slavít ani bohoslužba slova s rozdělováním sv. přijímání, věřícím se vřele doporučuje, aby se „ve vhodnou dobu sami v rodinách a podle možností i ve skupinách rodin modlili“. V tomto případě jim mohou dobře posloužit rozhlasové a televizní přenosy posvátných obřadů.

33. Zejména se doporučuje, je-li to možné, některá část denní modlitby církve, především ranní chvály či nešpory, k nimž lze připojit i nedělní liturgická čtení. „Jestliže se věřící svolávají a scházejí k denní modlitbě církve,

25 C.I.C. can. 230 § 3.

26 *Rituale Romanum*, De Benedictionibus, caput II, I, B.

27 C.I.C. can. 230 § 3.

28 Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 28.

29 Cf. *Ibid.*, n. 29.

30 C.I.C. can. 1248 § 2.

ad Liturgiam Horarum convocantur et in unum conveniunt, corda et voces simul consociantes, manifestant Ecclesiam *Mysterium Christi celebrantem*".³¹ In fine huius celebrationis communio eucharistica distribui potest (cf. n. 46).

34. „Singulis fidelibus aut communitatibus, qui persecutionum causa vel ob sacerdotum penuriam brevi aut etiam diuturno tempore sacrae Eucharistiae celebratione privantur, gratia Redemptoris utcumque non deest. Etenim, cum voto sacramenti intime animati atque cum universa Ecclesia precando coniuncti, Dominum invocant ad eumque corda sua erigunt, ipsi virtute Spiritus Sancti, cum Ecclesia, vivo Christi corpore, et cum Domino ipso communionem fruuntur...ac proinde sacramenti fructus percipiunt“.³²

Caput III DE IPSA CELEBRATIONE

35. Ordo in congregatione diei dominicae servandus quando non fit Missa, duabus partibus constat, scilicet, celebratione verbi Dei et distributione communionis. In celebrationem ne inseratur quod est Missae proprium, praesertim presentatio donorum et Prex eucharistica. Ordo celebrationis ita disponatur ut orationi prorsus faveat, et non merae adunationis sed liturgicae congregationis imaginem praebeat.

36. Textus orationum et lectionum pro unaquaque dominica vel sollemnitate e Missali et ex Lectionario de more sumantur. Ita christifideles, cursum anni liturgici sequentes, orabunt et verbum Dei audient in communionem cum aliis Ecclesiae communitatibus.

37. Parochus, simul cum laicis designatis celebrationem praeparans, accommodationes facere potest attentis participantium numero et animatorum competentia, atque respectu habito instrumentorum quae inserviunt ad cantum et musicam exsequenda.

38. Quando diaconus celebrationi praeest, modo se gerit suo ministerio competenti in

sjednoují svá srdce i slova, a tím se zjevně hlásí k církvi, jež slaví Kristovo tajemství.“ Na konci této bohoslužby se může rozdávat sv. přijímání (srov. č. 46).

34. „Vykupitelova milost nebude nijak chybět věřícím či společenstvím věřících, které jsou v důsledku pronásledování či nedostatku kněží na krátký či dlouhý čas zbaveni možnosti slavit eucharistickou obětí. Pokud s vnitřní touhou po svátosti a ve spojení modlitby s celou církví vzývají Pána a povznášejí k němu svá srdce, působením Ducha svatého mají i o ni účast na společenství církve, živého těla Kristova i na společenství se samotným Pánem... a tedy získávají ovoce svátosti.“

Kapitola III. PRŮBĚH SLAVENÍ NEDĚLE

35. Nedělní shromáždění věřících bez mše svaté má dvě části: bohoslužbu slova a rozdělování sv. přijímání. Do tohoto slavení se nemá zařazovat to, co je vlastní pro mši svatou, hlavně příprava darů a eucharistická modlitba. Celý obřad má být uspořádán tak, aby vedl k modlitbě a aby vykazoval rysy liturgického shromáždění a nejen pouhé schůze.

36. Pro každou neděli či svátek se texty modliteb a čtení obvykle berou z misálu a lekcionáře. Tímto způsobem věřící mohou sledovat průběh liturgického roku a mají příležitost modlit se a naslouchat Božímu slovu v jednotě s ostatními společenstvími církve.

37. Při přípravě slavení může farář spolu s určenými laiky obřad přizpůsobit počtu účastníků a schopnostem těch, kdo jej řídí; může také brát ohled na hudební nástroje doprovázející zpěv.

38. Jestliže slavení bohoslužby předsedá jáhen, vystupuje tak, jak to vyžaduje jeho

31 Institutio generalis de Liturgia Horarum, n. 22.

32 Congregatio pro Doctrina Fidei, *Epistula... de quibusdam quaestionibus ad Eucharistiae ministrum spectantibus*, (6 aug. 1983), AAS 15 (1983) 1007.

salutationibus, orationibus, lectione Evangelii et homilia, distributione communionis et dimissione cum benedictione. Vestes induit sui ministerii proprias, scilicet albam cum stola, et pro opportunitate dalmaticam, et utitur sede praesidentiali.

39. Laicus qui coetum moderatur se gerit tamquam unus inter pares, uti fit in Liturgia Horarum quando non praest minister ordinatus, et in benedictionibus quando minister est laicus („Dominus nos benedicat ...“, „Benedicamus Domino“...). Verbis ne utatur quae ad presbyterum vel diaconum pertinent, et illos ritus omittat qui modo nimis directo Missam revocant, ex. gr.: salutationes, praesertim „Dominus vobiscum“, et dimissionem, quae laicum moderatorem quasi ministrum sacrum exhiberent.³³

40. Vestem ferat quae hoc officium non dedecet, aut vestem induat quae ab episcopo forte sit statuta.³⁴ Sede praesidentiali ne utatur, sed potius extra presbyterium alia sedes praeparetur.³⁵ Altare, quod est mensa sacrificii et convivii paschalis, tantummodo adhibeatur ad panem consecratum deponendum ante Eucharistiae distributionem.

In apparanda celebratione cura habeatur de convenienti officiorum distributione, ex. gr. pro lectionibus, pro cantibus, etc., atque de locorum dispositione et ornatu.

41. Schema celebrationis ex elementis componitur, quae sequuntur:

a) ritus initiales, quorum finis est ut christifideles in unum convenientes communitatem constituent et recte ad celebrationem se disponant;

b) liturgia verbi in qua Deus ipse populum suum alloquitur, ut *Mysterium redemptionis et salutis ei patefaciat*; populus autem per professionem fidei et per orationem universalem respondet;

c) gratiarum actio, qua Deus benedicatur propter magnam gloriam suam (cf. n. 45);

d) ritus communionis, per quos exprimitur et efficitur communio cum Christo et cum fratribus, praesertim cum illis qui eodem die sacrificium eucharisticum participant;

služba v pozdravech, modlitbách, čtení evangelia, homilii, při rozdávání sv. přijímání a při závěrečném požehnání s propuštěním lidu. Obléká roucha určená pro svou službu, tedy albu se štolou, případně dalmatiku, a užívá sedadlo předsedajícího.

39. Řídí-li shromáždění laik, vystupuje jako jeden mezi sobě rovnými, jako je tomu např. při Denní modlitbě církve slavené bez přítomnosti svěceného služebníka, nebo při žehnáních svěřených laikům (říká např. „Dej nám, Bože, své požehnání...“, „Dobrořečme Pánu“ ..). Nesmí užívat slova vyhrazená knězi či jáhnovi a vynechává obřady, které přímým způsobem připomínají mši svatou, např. pozdravy (především „Pán s vámi“), a propuštění lidu, při nichž by se věřícím jevil jako svěcený služebník.

40. Má být oblečen tak, aby to nebylo v rozporu s jeho službou, případně podle rozhodnutí biskupa. Nemá používat sedadlo předsedajícího, ale spíše jiného sedadla umístěného mimo presbytář. Oltář, který je stolem oběti a velikonoční hostiny, má být vyhrazen pouze pro položení proměněného chleba před rozdělováním eucharistie.

Při přípravě bohoslužby se má pečovat o vhodné rozdělení jednotlivých úkolů, např. čtení a zpěvů i o výzdobu a uspořádání liturgického prostoru.

41. Struktura bohoslužby se skládá z těchto částí:

a) Vstupní obřady, jejich účelem je vytvoření jednoho společenství věřících a jejich správná příprava na slavení.

b) Bohoslužba slova, v níž sám Bůh mluví ke svému lidu, aby uskutečnil tajemství vykoupení a spásy; lid odpovídá vyznáním víry a přímlovami.

c) Díkůčinění, při němž je Bůh veleben pro svou velikou slávu (viz č. 45).

d) Svaté přijímání, jimiž se vyjadřuje a uskutečňuje společenství s Kristem a s bratry, zejména s těmi, kteří se v tomtéž dni účastní eucharistické oběti.

³³ Cf. *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, n. 258; cf. *Rituale Romanum*, De Benedictionibus, nn. 48, 119, 130, 181.

³⁴ *Rituale Romanum*, De Sacra Communione et de Cultu Mysterii eucharistici extra Missam, n. 20.

³⁵ Cf. *Institutio generalis de Liturgia Horarum*, n. 258.

e) ritus conclusionis, per quos nexus indicatur qui inter liturgiam et vitam christianam intercedit.

Conferentia episcoporum, vel ipse episcopus, attentis locorum et personarum adiunctis, ipsam celebrationem pressius determinare potest, subsidiis paratis a Commissione nationali vel dioecesana de Liturgia. Ipsum vero schéma celebrationis ne varietur sine necessitate.

42. In monitione initiali, vel in alio momento celebrationis, moderator opportune mentionem faciat communitatis cum qua illa dominica parochus Eucharistiam celebrat, et fideles hortetur ut spiritualiter cum illa se uniant.

43. Ut participantibus verbum Dei retinere valeant, habeatur vel lectionum quaedam explanatio, vel sacrum silentium ad audita meditanda. Cum homilia sacerdoti vel diacono reservetur, ³⁶ optandum est ut parochus homiliam a se antea praeparatam tradat moderatori coetus, qui eam legat. Serventur vero ea quae a Conferentia episcoporum ad hoc sint statuta.

44. Oratio universalis iuxta statutam intentionum serie fiat. ³⁷ Ne omittantur intentiones pro tota diocesi ab episcopo forsitan propositae. Item, frequenter proponatur intentio pro vocationibus ad ordinem sacrum, pro episcopo et pro parochis.

45. Gratiarum actio fit uno aliove modo hic indicato:

1° post precem universalem vel post distributionem communionis, moderator omnes ad gratiarum actionem invitat, qua fideles Dei gloriam eiusque misericordiam confitentur; quod per psalmum (ex.gr., psalm 99, 112, 117, 135, 147, 150), vel hymnum aut canticum (ex.gr. Gloria in excelsis, Magnificat ...), vel etiam per precem litanicam, í potest; quae moderator, stans cum fidelibus versus ad altare, una cui omnibus profert;

2° ante orationem dominicam, moderator accedit ad tabernaculum vel ad locum ubi Eucharistia reposita est, et, facta reverentia, pyxidem cum sanctissima Eucharistia super altare deponit; deinde, flexis genibus ante

e) Závěrečné obřady, jimiž se zdůrazňuje vztah mezi liturgií a křesťanským životem.

Biskupská konference anebo sám biskup, mohou s přihlédnutím k místním okolnostem a osobním podmínkám věřících dále upravovat tuto bohoslužbu podle pokynů připravených národní nebo diecézní liturgickou komisí. Není-li to opravdu nutné, samotná struktura bohoslužby se nemá měnit.

42. Ten, kdo slavení řídí, připomene při úvodním uvedení do bohoslužby nebo v jinou chvíli společenství věřících, v němž farář slaví eucharistii onu neděli, a povzbudí přítomné, aby se s nimi duchovně spojili.

43. Aby se usnadnilo zapamatování Božího slova, mají být čtení určitým způsobem vysvětlena, nebo má po nich následovat posvátné ticho, aby tak věřící mohli rozjímat o tom, co vyslechli. Protože je homilie vyhrazena pouze knězi nebo jáhnovi, je vhodné, aby farář předem připravil homilii a ten, kdo bohoslužbu vede, ji přečetl. Má se zachovávat vše, co k tomu stanovila biskupská konference.

44. Modlitba věřících neboli přímlyvy mají probíhat podle stanoveného pořadí úmyslů. Nemají se vynechávat úmysly navržené biskupem pro celou diecézi. Časté mají být také úmysly za duchovní povolání, za biskupa a za faráře.

45. Díkůčinění se má konat jedním ze dvou níže uvedených způsobů:

První způsob: Ten, kdo bohoslužbu vede, po přímlyvách nebo po svatém přijímání vyzve všechny k díkůvzdání. Při něm věřící vyznávají Boží slávu a Boží milosrdenství. Mohou se k tomu použít slova žalmu (např. 100, 113, 118, 136, 147, 150), hymnus či píseň (např. Sláva na výsostech Bohu, Magnificat...), nebo též litanie. Ten, kdo bohoslužbu vede, pronáší díkůvzdání spolu s ostatními ve stoje, obrácen k oltáři.

Druhý způsob: Ten, kdo bohoslužbu vede, přistoupí před modlitbou Páně ke svatostánku, poklekne, vyjme ciborium s Nejsvětější svátostí a položí je na oltář. Pak poklekne před oltářem a společně s věřícími

36 Cf. C.I.C. can. 766-767.

37 Cf. *Missale Romanum, Institutio generalis*, nn. 45-47.

altare, una cum fidelibus, profert hymnum, psalmum, vel precem litanicam, quae, hoc in casu, ad Christum in sancta Eucharistia praesentem dirigitur.

Haec autem gratiarum actio formam *Precis eucharisticae* minime habeat, textus pro Praefatione et Prece eucharistica in *Missali Romano* propositi ne adhibeantur, et omne periculum confusionis removeatur.

46. Ad ritum communionis peragendum, servantur ea quae in *Rituale Romano de Sacra Communione extra Missam* dicuntur.³⁸ Saepe fidelibus in mentem revocetur, eos, etiam cum communionem extra *Missae* celebrationem sumunt, sacrificio eucharistico sese unitos esse.

47. Ad communionem, si possibile est, adhibetur panis consecratus eadem dominica in *Missa* alio in loco celebrata et inde translatus a diacono aut laico quodam vasculo (pyxide vel theca), et in tabernaculo repositus ante celebrationem. Adhiberi etiam potest panis consecratus in ultima *Missa* ibi celebrata. Ante orationem dominicam, moderator accedit ad tabernaculum, vel ad locum ubi *Eucharistia* reposita est, vasculum accipit cum Corpore Domini, illud super mensam altaris deponit, et orationem dominicam introducit, nisi hic fiat gratiarum actio de qua in n. 45, 2°.

48. Oratio dominica semper ab omnibus recitatur vel cantatur, etsi sacra communio non distribuitur. Fieri potest ritus pacis. Post distributionem communionis „pro opportunitate sacrum silentium per aliquod temporis spatium servari vel psalmus aut canticum laudis proferri potest“.³⁹ Peragi etiam potest gratiarum actio de qua in n. 45, 1° dictum est.

49. Antequam congregatio finem habeat, proponantur annuntiationes vel notitiae quae ad paroecialem vel dioecesanam vitam spectant.

50. „Numquam satis aestimari poterit momentum capitale congregationis dominicalis, sive ut fons vitae christianae personae et communitatum, sive ut testimonium Dei propositi: cunctos homines in Filio Iesu Christo congregare.

se modlí hymnus, žalm nebo litanii, jimiž se při této příležitosti obrací ke Kristu přítomnému v eucharistii.

Díkůčinění nesmí mít v žádném případě formu eucharistické modlitby. Aby se zabránilo nebezpečí zmatku, nesmějí se použít texty prefací a eucharistických modliteb obsažené v misálu.

46. Při rozdělování sv. přijímání se má zachovávat vše, co stanoví římský rituál pro jeho udělování mimo mši svatou. Věřícím se má často připomínat, že i když přistupují ke sv. přijímání mimo mši svatou, jsou spojeni s eucharistickou obětí.

47. Při svatém přijímání se mají, pokud možno, používat hostie proměněné tutéž neděli při mši svaté slavené na jiném místě, které přinesl jáhen nebo laik v ciboriu nebo jiné vhodné nádobě a uložil je ve svatostánku před začátkem této bohoslužby. Je rovněž možné použít hostie proměněné při poslední mši svaté sloužené na tomto místě. Ten, kdo vede bohoslužbu, před modlitbou Páně přistoupí ke svatostánku nebo k místu, kde je uložena eucharistie, vezme nádobu s Tělem Páně, položí ji na oltář a začne se modlit Otčenáš, pokud se ovšem na tomto místě nekoná díkůčinění (viz č. 45).

48. Modlitbu Páně se vždy modlí nebo ji zpívají všichni přítomní, a to i v případě, kdy se nerozděluje sv. přijímání. Může se konat pozdravení pokoje. Po svatém přijímání se podle okolnosti má též zachovat po určitou dobu posvátné ticho, nebo se může zpívat žalm či jiný chvalozpěv. Je také možné výše zmíněné díkůčinění (viz č. 45).

49. Před závěrem bohoslužby je možné sdělit oznámení a zprávy týkající se farního nebo diecézního života.

50. „Nikdy nebude dostatečně doceněna svrchovaná důležitost takovéhoho nedělního shromáždění, jednak jako zdroje křesťanského života pro jednotlivce i celého společenství, jednak jako svědectví Boží vůle, kterou je shromáždít všechny lidi v Ježíši Kristu.

38 *Rituale Romanum*, De Sacra Communione et de Cultu Mysterii eucharistici extra Missam, cap. I.

39 Cf. *ibid.*, n. 37.

Christiani omnes persuasum habeant se fidei suae vivere non posse nec universalem Ecclesiae missionem modo sibi proprio participare nisi eucharistico pane se nutrant. Pariter persuasum habeant congregationem dominicalem signum esse mundi mysterii communionis, quod est Eucharistia".⁴⁰

Hoc Directorium, a Congregatione pro Cultu Divino apparatus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 21 maii 1988 approbavit et confirmavit idemque publici iuris fieri iussit.

Ex aedibus Congregationis pro Cultu Divino, die 2 iunii 1988, in sollemnitae SS.mi Corporis et Sanguinis Christi.

PAULUS AUGUSTINUS CARD. MAYER, O. S. B.
Praefectus

+ VERGILIUS NOÈ
*Archiep. tit. Vancariensis
a Secretis*

Všichni křesťané mají být přesvědčeni, že nemohou žít v duchu víry, ani se způsobem sobě vlastním účastnit všeobecného poslání církve, aniž by se živili eucharistickým chlebem. Stejně tak mají být přesvědčeni, že nedělní shromáždění je pro svět znamením tajemství společenství, jímž je eucharistie."

Tento direktář, připravený Kongregací pro bohoslužbu, schválil a potvrdil Svatý otec Jan Pavel II. dne 21. května 1988 a nařídil jeho zveřejnění.

Dáno v sídle Kongregace pro bohoslužbu dne 2. června. 1988, o slavnosti Těla a Krve Páně.

40 IOANNES PAULUS II, Allocutio ad quosdam episcopos Galliae sacra limina visitantes, die 27 martii 1987.